



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

In Manipvlm SS. Ordinis Praemonstratensis, Quem publicabat V.D.F.  
Ioannes Chtysostomvs Stella in S. Michaële Prior.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

22  
IN MANIPULUM  
SS. ORDINIS  
PRÆMONSTRATENSIS,

Quem publicabat

V. D. F. IOANNES CHRYSOSTOMVS STELLA,  
in S. Michaële Prior.

**E**uge, euge Ætheris Incolæ beati  
Felices Niuei Ordinis Parentes,  
Felices Niuei Ordinis Clientes,  
NORBERTique Patris beata proles,  
Quos nunc Curia Cælitum recepit,  
Quos nunc Candidus Ordo Candidatos  
Æternæ genuit perennitati,  
Perennii dedit æuinternitati.  
Stolis pergite Candidis amicti,  
Seu de Virgine Carne Candidati,  
Seu de Sanguine teste purpurati,  
Seu de Dæmone splendidi trophæis:  
Hac (reuoluite) valle lacrymarum  
Misisti lacrymis per ora fusis  
Vitæ semina, fænorisque pignus :

VI

Sed

Sed nunc gaudia sempiterna leti  
 Metentes Superum, Manipulosque  
 Portantes alacres beatitatis,  
 Celi pascua & itis & redditis,  
 Aeternum saturi poli Maniplis,  
 Nec unquam saturi poli Maniplis.  
 Sed en Caelicola nouus MANIPULVS  
 Vestro semine lacrymisque surgit;  
 Et STELLÆ radio euocante, Meffis  
 Vobis postuma crescit (usque crescat)  
 Vestris amula cælicis Maniplis.  
 Si vobis igitur placent Manipli  
 Et vestri meriti Indolisque vestrae,  
 Hic vobis etiam est sacer MANIPULVS;  
 Quem vos lumina cælitesque Stellæ  
 Vestro educite lumine & Calore,  
 Nostrati socio calore STELLÆ  
 Coniuncti facie benigniore;  
 Ut iuncti radij, iubarque vestrum  
 Nostro STELLÆ, animent, MANIPULVMque  
 Hunc maturius euocent sub auras.

F. C. P. DE HERTOCHE, in S. Michaële  
 Canonicus & Philosoph. Prof.

VENE-